

9952 = 1782, 14.
DE
PRVDENTIA IN LEGIBVS
CONDENDIS ADHIBENDA

NONNVLLA DISSERIT
ET
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
AVCTORITATE

D. XX. FEBR. CIO DCCC LXXXII.

H. L. Q. C.

DEFENDIT
CHRISTIANVS DANIEL ERHARD

AA. M.

SOCIO
GOTTHELF CHRISTIANO GRENZ
DRESDENSI.

LIPSIAE
EX OFFICINA BREITKOPFIA.

DE
PRUDENTIA IN LEGIBVS
CONSIDERANDIS ADHIBENDA

NONNULA DISSERTIT

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

AUTORITATE

D. XX. FEBR. MDCCCLXXXV

ALTD.

DEFENDIT

CHRISTIANVS DANIEL ERHARD

ALM.

SOCI.

GOTTHELPH CHRISTIANO GRENS

PRÆDENSE

LITÆAR.

EX OFFICINA RECTORIA



VIRO
MAGNIFICO ILLVSTRI.
EXCELLENTISSIMO
IVR. CONSVLTISSIMO
CAROLO GVILIELMO
MVELLERO

SEREN. SAXON. ELECT. A CONSIL. MILIT. INTIM.
COLLEG. SCABIN. ADSESSORI
LIPSIENS. CONS. REL.

VIRI
MAGNIFICO ILLUSTRI
PATRONO PIE COLENDO.
EXCELLENTISSIMO
IVR. CONSULTISSIMO
CAROLO GUILIELMO
MAELLERO
SENEX SAZON. SECT. A CONSUL. MILIT. ITALIC.
COLLEG. SCABIN. ADDESSORI
LITIS. CONS. REL.



Quae plerisque esse caussa solet,
qui libellis suis virorum et
fama et dignitate excellentium no-
mina anteponenda esse ducunt, vt

iis sese, rerumque suarum rationes
commendent, ea nunc quidem non
tantum apud me valet, quam alia
multo gravior, singularis illa, quam
publice TIBI testificari cupiebam,
virtutum TVARVM admiratio
cum summa erga TE reuerentia at-
que pietate coniuncta. Sed cum in-
genii mei vires ad laudem TVA-
RVM magnitudinem celebrandam
minime pares esse sentiam, nihil
addam, nisi hoc, in votis mihi esse,


*vt Deus Optimus Maximus patriae
TE virum optimum, Civitati Lipsi-
ensi Consulem sapientissimum, amicis
gaudium pariter ac perfugium sal-
uum atque incolumem, omnibusque,
quibus humana felicitas censetur,
bonis auctum ad seram usque aeta-
tem conseruet. Quod restat, peto a
TE, vt TVA me beniuolentia
TVOque fauore haud indignum cen-
sere Tibique persuasum habere velis,
me summo studio in eo elaboratu-
rum*

rum esse, quo TIBI, quantum TE
colam atque venerer possim demon-
strare.

VIR MAGNIFICE,
ILLVSTRIS,

NOMINI TVO

DEVOTISSIMVS
CHRISTIANVS DANIEL ERHARD.



Quicumque ciuitatem liberorum hominum communis felicitatis atque securitatis causa unitorum societatem, non villae similem, cuius dominium, aut fructus imperanti competat; quicumque ciues non pecorum, aut seruorum gregem, sed liberos homines principi natura aequales, pacto tantum voluntario inaequales; qui denique finem summae potestatis non gloriam, aut diuitias principis, sed illam, de qua modo locuti sumus, omnium felicitatem esse cognouerit,

A

is

II

is sane munus legislatoris non ita leue, imo grauissimum atque difficillimum esse non negabit. Haud inutile itaque fore duximus, quaedam eorum, quae bono legislatori bonisque legibus inesse debeant, hic exponere. Omnia enim pertractare, nec huius libelli exiguos fines, nec virium tenuitatem negotiorumque multitudinem pati existimabamus. Quae vero protulimus, ita nobis tradenda esse visa sunt; vt, quae nostro iudicio probarentur, ex rei ipsius natura, non ex virorum doctorum scriptis confirmare conaremur. Ne mireris itaque, qui haec legeris, insigni hunc libellum decore, notis atque allegationibus carere.

Q

A

I





I.

Utilissimum fore videtur, si, quantum fieri possit, cuique legi addantur rationes, quibus commotus legislator reipublicae ea consultum iri existimaverit.

Ea enim mentis humanae est natura atque indoles, ut ad quamcunque rem faciendam rationibus commoveatur. In quacunq; vero ciuitate duo cum genera sint hominum, alterum eorum, qui saniori ratione, veraque et suae, et ciuium suorum felicitatis, tam praesentis, quam futurae cognitione, eorum alterum, idemque vulgatissimum, qui omni fere futurorum cogitatione neglecta, praesenti tantum vel voluptatis, vel molestiae sensu ducuntur; in quacunq; lege condenda id mihi spectandum videtur, ut ad ei obtemperandum diuersa ciuium genera diuersis quoque causis impellantur:



tur: hi quidem aut ad corpus pertinente, aut pecuniaria poena minitanda; illi argumentis ab ipsorum totiusque reipublicae felicitate ad animum commouendum petit. Quod igitur ad hanc causarum commemoracionem attinet, eam praecipue quidem optimorum ciuium causa necessariam esse; nihilo tamen secius etiam illi inferiori generi vtilem fore paucis docebimus.


Melioris quisque homo indolis ita est affectus, vt paratior sit ad ea facienda, quae ita ab eo exiguntur, vt legislatorem non dubitare videat, se omnia sponte quoque esse facturum, quae ipse sibi atque reipublicae conducere perspexerit, quam ad ea, ad quae obseruanda poenarum metu adigitur. Gaudemus enim, quoties nostro quoque iudicio nostraeque scientiae aliquid relictum esse viderimus. Quod si est, ad multa facienda incitatur, quae alias aut nunquam, aut tardius certe atque serius a nobis peracta fuissent. Deinde cum liberum se hominem, non seruum esse optimus quisque sentiat, nec his, quae legibus praecipuntur, aliter obligari ciues putet, quam si finem habeant vtilitatem publicam, omnia ipsi inuisa sint, necesse est, quae minime tantum tyrannidis speciem, aut libertatis ciuium iusto arctius circumscriptae prae se ferunt.

In iis denique legibus maxime, quibus poenae pecuniariae sunt constitutae, curandum esse videtur, vt ditioribus alia quoque, praeter iacturam pecuniae incumbant, quibus ad legi obtemperandum moueantur. Cum enim fieri nullo modo possit, vt in multis constitutendis certa rei familiaris ratio atque modus seruetur, mirum non est, saepius accidere, vt vel ditissimus non majori

jori multa, quam pauperrimus puniatur. Sed quae huic grauiſſima cauſa eſt, ea, quae lege praecipuntur, faciendi, cum eadem illi minimi nulliusque fere momenti eſſe ſoleat, quid diuitem impediatur, quo minus omnia committat, quae pecunia redimi poſſunt, niſi potior illa publicae vtilitatis ratio acceſſerit? Quod ſi hoc fieret, vt (quantum prudentia permittat) ſapientiſſimae eoque veriſſimae cauſae cuique legi adderentur, minuta etiam plebs, itque homines, qui non niſi poenarum formidine a peccando abſterri ſolent, ſenſim paulatimque aſſueſcerent, vt leges non legiſlatoris moroſi, aut pecuniae cupidi iuſta exiſtunt, ſed verae communis adeoque ipſorum felicitatis cauſa ſancitas eſſe, ſibi perſuaderent, quod quidem eo facilius fieri poſſet, ſi legum non minus, quam religionis elementa in ſcholis traderentur.

Apud Romanos quidem maximi momenti orationes illas publicas fuiſſe, quibus nouae legis condendae vtilitas populo declarari ſolebat, ex ſingulari videre licet effectu, quem illa inprimis Ciceronis habuit oratio de lege Agraria. Hic enim argumentis ex communi ipſorum omnium felicitate petitis populo perſuaſit, vt faceret, quae per C. annos amplius nullo modo ab eo exigi poterant, vt, quos per tot annos poſſederat, agris fundisque renunciarer.

Noſtris vero temporibus Legis eum in modum, de quo iam locuti ſumus, conditae exemplum illuſtriſſimum vidimus in lege illa ſuntuaria, quam nuper a Magno Duce Hetruſiae euulgatam nouimus.



II.

Leges peregrinas in aliquam ciuitatem asciscere non solum inutile est, sed etiam noxium.

Eas tantum Leges, quae rationi reipublicae, moribusque ciuium sint accommodatissimae bonas habendas esse, nemo certe, qui sanam rationem haud amiserit, negare audebit. Cum vero nulla sit gens, nulla ciuitas, quae institutis, consuetudine, ratione ad externos, ciuium indole, caeli natura, commerciorum genere ab omnibus aliis non sit diuersissima, exterarum legum receptione nullius ciuitatis saluti consultum esse, nisi singularis in ea re adhibeatur cautio, satis apertum est.

Licet autem aliquis dicat, sapientis esse, quae bona in altero viderit, ea imitari, incultumque adhuc populum legibusque carentem, non meliori ratione, quam legibus cultioris reipublicae sibi applicandis excoli atque imitescere posse: tamen, quod plerisque imitatoribus accidit, vt, cum ea, quae in aliis bona esse viderint, faciant, nec antea, an eadem ipsorum cum illis conditio sit atque natura secum reputent, non solum id, quo tendunt, non assequantur, sed in magnos vltro errores atque peccata incidant; idem fieri solet in iis populis, qui leges exterorum nulla habita morum suorum et rerum ratione recipiunt. Quae enim legibus regitur reipublica ipsius conditioni non accommodatis, ab ea non multum

tum differt, quae nullis legibus gubernatur. Imo melior saepe est populi conditio, in quo, ut apud maiores nostros, magis valent boni mores, quam alibi innumera legum multitudo.

Sunt quidem leges, quae ex vniuersalibus tam Iuris naturalis, quam Politices praeceptis in quacunque ciuitate eadem esse debent, quas ab aliis petere, quid opus est, cum sana eas nos ratio doceat, nec facile tam incultus sit populus, ut haec nesciat. Quodsi quaedam ab exteris petenda sunt, haec sola esse videntur. Alia enim omnia, si vtilia reipublicae esse debent, eius conditioni ita sunt accommodanda, ut ei soli, non item aliis conueniant. In quo efficiendo summa legislatoris ars et sapientia spectari solet. Ergo, ut cuiusque ciuitatis leges sunt sapientissime constitutae, ita, si in aliam transferantur, minime ad usum sunt idoneae. Eas vero mutare, alique ciuitati accommodare aequae difficile, quin etiam impeditius est, quam nouas condere. Quod vero haec a plerisque non perspiciantur, multo minus omitantur. inde fieri videtur, quod eiusmodi legibus utinque regi atque sustentari rempublicam videant; ut optime regatur, optime constituatur, non curant. Homini mihi similes illi esse videntur, qui, cum gracili sit corpore, crasse tamen hominis vestibus sese induere non dubitat, quasi se regi ipsi sufficiat, nec vero, ut quam aptissime tegatur, curare debeat.

Romanos dixerit quispiam suas leges, quas magna cum sapientia scriptas fuisse nemo negauerit, ex Graecia rep. tuisse. Sed primum ita rece erunt, non, ut easdem, quales ad se essent deatae, ipsi quoque obseruarent, sed quod



quod notissimum est, vt collegio Decemuirorum eam in rem constituto, in iis legibus ad populi Romani mores accommodandis nouisque legibus addendis tres fere annos consumerent. Deinde veteres gentes peregrinas sibi adsciuisse leges mirum non est, cum de vniuersalibus illis Iuris Naturae atque Politices praeceptis non ita distincte, quam nobis iis constiterit.

Quid vero de ea republica existimandum, vbi non coetaneae cuiusdam exterae gentis, sed eius quae mille annis ante floruit, quae alia religione, maiori potentia, moribus non solum aliis, sed a nostrorum etiam temporum propemodum omnium populorum diuersis vsa fuit, leges receptae sunt? Quid censendum de legibus, quae opinionibus nitantur absurdissimis, et jam dudum a sapientiori generis humani parte derisus: de legibus non ab vna solum, sed pluribus diuersis gentibus ita petitis, vt omnia delectus habendi cura tota corpora eorum sine immutatione reciperentur?

Romani quidem gentis et religione, et moribus, et forma regnandi sibi similes leges acceperunt, qui si Scytharum quoque, Assyriorum et Carthaginensium leges reipublicae suae simul, non immutatas, inferre voluissent, quomodo non admodum insaniisse viderentur? —




III.

*In republica bene constituta legum non eadem
semper forma manere debet.*

Quod enim in humanis rebus omnibus fieri videmus, ut a vitiis et erroribus nunquam sint liberae, idem in legibus ciuitatum accidit, ut multa iis insint, quae meliora esse possint, ut quaedam eorum sint obscura, quaedam ambigua et variis explicandi modis subiecta, quaedam ciuibus adeo et reipublicae noxia. Quae quoties viderit is, qui legum custodiam habet, ea vel emendare, vel magis definire, publicaeque vtilitati accommodare debet. Si vero esset respublica, quae optimis omnique vitio carentibus gauderet legibus, eadem tamen, si ab omni mutatione liberae relinquerentur, ipso tempore et mutatis rerum vicibus hominumque moribus deteriores reperirentur. Quod enim supra monuimus, optimas tantum eas esse leges, quae conditioni cuiusque reipublicae sint accommodatissimae, idem hic vsu venit. Cum vero omnium rerum eam esse naturam sciamus, ut nunquam constantem perpetuitatem obtineant, adeoque nullam esse rempublicam, quae tempore non mutetur: cum ciuium mores et studia mutari, potentiam opesque vel augeri, vel minui, commerciorum genera variari, religionem atque literas minus, vel magis amari et florere videamus, in commutata republica leges solas fixas et stabiles seruandas esse existimemus? — Populum



lum incultum atque agrestem esse videt legislator; ut polliatur curet; eundem emollitum in luxuriam verti observat; reprimere eam studeat, simulque ne in pristinam omnia relabatur barbariem caveat. Sunt forte quaedam res saluti reipublicae maxime necessariae; exportatio earum prohibeatur, furtumque durius puniatur, quam aliarum: cessante illa necessitate exportationis quoque prohibitio poenaeque furti exacerbatio tollatur. Mortuorum corpora esse sacro sancta et eorum laesione deos manes violari maiores crediderunt, ob eamque causam furtum in iis commissum grauius, quam aliud furtum puniendum esse existimauerunt. Nosne, qui ineptam illam opinionem esse credimus, eundem poenae rigorem retineamus? Maiorum quidem et vetustatis quandam esse reuerentiam concedo, sed maiorem multo deberi vtilitati publicae sanaeque rationi contendo.



IV.

*In poenis per leges constituendis nimia magis
seueritas, quam nimia lenitas vitanda: se-
mel vero constitutae poenae etiam exigendae,
raro aggrauandae, rarissime leniendae sunt.*

Cum finis poenarum sit is, vt metu instantis mali a facinoribus reipublicae noxiis ciues deterreantur, necesse est, vt quodcunque factum legibus prohibitum eadem quoque, quae legibus constituta est, poena vindicetur. Si enim elusam subinde legis vim ciues viderint, si quasdam poenas nunquam, quasdam rarissime infligi experientia cognouerint, quae legum reuerentia, quis poenae metus esse potest? Quod quidem maxime fieri solet, cum nimis seuerae legibus poenae constitutae sunt. In his enim semper humanitas, saepissime iustitia ipsa iudicem ad poenam mitigandam moueat necesse est. Quod si factum fuerit multi a committendis sceleribus ideo legibus non absterrebuntur, quia poenas in iis constitutas euitari quocunque modo posse viderunt. Quare optimum vtilissimumque reipublicae esse existimaerim, quam lenissimas poenas constitui. Ita enim facilius fieri posset, vt, quae legibus propositae essent, eadem quoque semper poenae exigerentur.


Si vero causae adsint, quibus vtile videatur, poenam in singulorum delictis aggruari, hoc multo minus



noxium fuerit, quam crebro eam leniri, aut nullam plane exigi. Melius enim est, non solum poenam solitam, sed extraordinariam quoque timere ciues, quam semper poenae legibus constitutae lenimentum sperare.

Eandem ob causam leges, quibus poenae sancuntur, clam, aut obliuione abrogari, aut ipsis derogari noxium mihi esse videtur. Fieri enim non potest, quin earum auctoritas ea re minuatur. Nam ciues, qui abrogatam eam, aut mutatam esse nesciunt, non solum eam, sed alias quoque negligi, aut perfringi posse opinantur.

[Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, appearing upside down and difficult to decipher.]



nam in legum delictis aguntur, hoc minus minus
V.



V.

Consuetudo certitudinis per jus jurandum explorandae inutilis est atque noxia.

Inter innumeras illas causas, quae ad sic statuendum me impulerunt, has tantum hic exponere sufficit.

Primum, quod mera assertione probari non potest, nec iureiurando probatur. Quis enim scire potest, utrum falso juretur, an non? Maiorem esse dicunt verisimilitudinem eorum, quae religiosis, quam quae quis simplicibus verbis affirmaverit. Sed in homine bono et honestatis amante haec rata, perditum vero hominis non magis conceptissimo juri jurando, quam liberis verbis fidem habendam esse experientia docemur. Quod si quaedam maior quoque adesset verisimilitudo, quis ea plene probari posse quidquam existimabit?

Deinde magna illa iureiurandi auctoritate merae assertionis, fideique datae sanctitas apud plebem imminuitur, ita, ut, quae eiusmodi hominum est consuetudo, quod minus valere viderint, nihil plane valere putent, atque mentiri aliosque decipere licitum esse credant, dummodo iureiurandi religione sese non adstrinxerint.

Accedit, ut improbis atque perditis hominibus hoc modo per iniuriam commoda sibi acquirendi aliisque damna inferendi janua aperiatur. Quoties enim syngra-



phas periurio abnegari, quoties integerrimum hominem justissima causa cadere, nec raro ad summam inopiam redigi vidimus, ob manifestum aduersarii scelesti periurium? — Nonne legibus ipsis, ne hoc fieri posset, cautum esse deberet? — Denique per illud, quod vocari solet purgatorium, multi scelerati insigni periurio a poena sese liberant, qui cum vitae saepius periculum subeant, id periurio effugere etiam ii, qui non sunt perditissimi minime dubitant. Ipsos quoque illos homines semper periurii esse suspectos inde cognosci potest, quod eius, qui purgatorium iurauerit famam macula quadam contaminari videmus. Quid igitur de modo veritatis explorandae statuendum, quo non solum nihil liquido probari potest, sed, qui bonis etiam plerumque noxius, sceleratis via ad lucrum faciendum atque asylum malefactorum esse solet? —



T H E S E S.

I.

Notiones homini nullae innascuntur.

II.

*Cives legibus alia, quam vernacula omnibusque
communi lingua conscriptis iudicari iniustum
est.*

III.

*Iura maiestatica contra sanam rationem atque
utilitatem reip. extraneo cuidam concessa ab
imperante possunt vindicari.*

IV.

Miles perpetuus utilis est reipublicae.

THESES

Notiones hactenus nullae investigatae.

II.

Quae hactenus non fuerunt investigatae
consequenter hactenus non fuerunt investigatae.

III.

Quae hactenus non fuerunt investigatae
consequenter hactenus non fuerunt investigatae.

IV.


Quae hactenus non fuerunt investigatae
consequenter hactenus non fuerunt investigatae.

ULB Halle
005 361 494

3







4952 3

1782, 44.

DE
PRVDENTIA IN LEGIBVS
CONDENDIS ADHIBENDA

NONNVLLA DISSERIT
ET
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
AVCTORITATE

D. XX. FEBR. CIO MDCC LXXXII.

H. L. Q. C.

DEFENDIT
CHRISTIANVS DANIEL ERHARD

AA. M.

SOCIO
GOTTHELF CHRISTIANO GRENZ
DRESDENSI.

LIPSIAE
EX OFFICINA BREITKOPFIA.

